



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Pantaleon M. 27. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

27. Iulii. VITÆ SANCTORUM. 467
Quo tendis Monache? SIMEON hoc tan-
tum respondit: Quò me Christus duxerit.
& ecce molestus rogator viam suam ilicò
in orcum relegit. Hinc Lucam venit. Ibi
cùm Iudæorum Antesignanum bellum
Virginitati Deiparae moventem morte
subità sterneret, reliqui manus dede-
runt. Placentiæ noctu oraturum suopte
motu apertum templum recepit. Pa-
dum pedes trajecit tam citò ut velis &
remis usum crederes. Iamque quo-
unque iret, è viâ morbi cedebant. Sed nos
sistimus calamum fessum. Tu quoque
Lector, ne orbem nobiscum perambula-
re cogaris, similia illuin in Galliis & Hil-
paniis factitasse puta. Ex Ferrar.

Ut evadas hominem Dominum, qui-
cumque servuses, sagis in ealoca, ubi non
est Dominus tuus: ut evadas Deum, fuge
ad Deum: nam non est, quò effugias Deum,
præsto sunt omnia & nuda Omni potentiis
oculis. S. Aug. in Psal. 30.

S. PANTALEON M. 27. Iulii.

PANTALEON sive PANTELEMON
(namque hoc illi nomen morituro
cælum fecit) adolescens medicinæ ope-
ram dedit. Sed compendium illi ad hanc
artem rectius Herinolaus in Christi
scholâ ostendit, quando in hujus nomi-
ne latere panaceam edocuit. Experimen-
tum à pætro sumptum, quem vipera

Gg 2 mor-

468 VITÆ SANCTORUM. 27. Iulii.
morsu enecat. Hunc uno Christi no-
mine vitæ reddidit, & succedaneam vi-
ctimam morti viperam dedit. Eādem
medicinâ noctem oculis excæcati pepu-
lit, gemino miraculo; nam hoc tene-
bras etiam parentis animo discussit, fi-
demque fecit aspicere. Verūm his rectè
videntibus, oculi ipsis Medicis cœpe-
runt dolere, cùm Aesculapium suum ad
Christianos transisse viderent. Quin in-
vidiā excæcatus etiam Imp. Maximinianus in medicum cœpit furere, cùm
paralysi afflictum in pedes rexisset, quem
in opem à sacrificiis vocatus Phœbus
destituerat. Ferro igitur & ignibus sæ-
vit, liquato oleo perfundit, ex equuleo
suspendit, undis mergit, totæ inneccit,
nec quicquam ingeniosus in poenas; cùm
medici vulneribus medicinam Christus
semper faceret, & diras omnes carnifi-
cum turbas averteret. Spiculator quoque
ad prium iustum ferrum suum ceram
esse, & collum martyris marmor de-
prehendit. Resectum denique caput la-
etis liquorem, & oleaster, ad quem vin-
ctus Martyr steterat, subitas frondes
dare visus est. Voluit Herculem suum co-
ronare. Ex Metaphr.

In hujus vitæ miseriā intrasti lugens;
dies tuos in dolore & ærumnâ pertran-
sist; cum luctu & labore hinc exiturus es.
Intelligas ergo in quantum sit ingressus tuus
flebilis, progressus tuus debilis, & egres-
sus

27. Iulii. VITÆ SANCTORUM. 469
sus horribilis. Auctor spec. Peccat. tom.
9. S. August.

SEPTEM DORMIENTES.

27. Iulii.

IN gens hi Sancti Ecclesiæ negotium etiam D O R M I E N T E S confecerunt. VII. erant omnes germani fratres , quos Decius à patre fide minimè paternâ proditos obstructo spelæo conclusit. Iverant sœluca jam duo & amplius, quando hæresis ab orco surrexit , quæ surrecturos olim à tumulo mortuos negavit. Somnium hoc esse , VII. hi , quos D O R M I E N T E S dicimus , monstrarunt , qui tum in tempore sive à morte longâ , sive sonno prodierunt. Illi noctem se unam dormisse rati , Decium adhuc somniaabant. Quare Malchum ex suo numero adolescentem , quem ætas & morem suavis elegantia omnibus charum fecerant , exploratorem in urbem mittunt & comineatui præficiunt. Hic dum vigilare pro urbe Crucem videt , dum nullum tonare Iovem , sed Christum audit , mirari unius noctis metamorphosin , & vel adhuc dormire , vel in alterum orbem , aut certè urbem delatum se credere. Mox cum monetam antiquitate suâ incognitam protulisset , suspicionem reperti thesauri dedit. Hic ille apud Procos. ad Decium provocare , qui utique nosset adhuc ,

G g. 3 quæm